



140 to 61

140 to 61  
140 to 61  
140 to 61  
140 to 61

140 to 61  
140 to 61  
140 to 61  
140 to 61

~~Biblioteca Universitaria  
GRANADA  
Sala A  
Cajón 31  
Tabla  
Número 110~~

~~4  
H-25~~

laja 2-65



Comienzan los numeros desde .1. asta 25, y luego vuelven  
à comenzar desde el numero .1.º y como estan se an de  
coger.

Optimum of ...  
a ...  
copy

Del Sr. Pedro de Montenegro

Del Colegio de la Compañía

Memoriales, 1  
Hr de Granada. B.B.C.

Tratados y varios Papeles, y Decretos

Pontificios

en favor del Misterio de la purissima Concepcion  
de Nuestra S.<sup>a</sup>

L.

Nuevas Cartas de Reyes, Reynas, Princes  
assi Ecclesiasticos, como seculares

escritas a los Summos Pontifices en diferentes  
ocasiones

pidiendo la definicion del misterio de la  
Concepcion de Nra Señora

Tomo Primero.



Indice de los Papeles esta en la op. siguiente.

Notiene papel alguno prohibido  
por el ex purgatorio de Ind.  
o decretos q<sup>ta</sup> tenemos el ofi  
an salido hasta el año  
de 1724.

Labado

sea el S. Sacramento de la immaculada  
Concepcion de la Virgen Maria nra S.  
concebida sin pecado Original.

*[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



*[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



2

Índice  
de los Papeles de este Tomo.



Mr. Joseph ...  
1788





*Petit rex Carolus explicat Pontifex quid celebretur in die Conceptionis.* 14-125  
Rex Catholicus tum ad tollenda e suis regnis scandala, tum ad fouendam et augendam  
suorum populorum erga Beatissimam Dei Genitricem pietatem et deuotionem ab inuente  
S<sup>ti</sup> V<sup>ra</sup> Pontificatu, qua potuit pietate et affectu per varios Oratores, repetitisq; literis petijt à V. S<sup>ne</sup>  
quidpiam fieri in controversia Conceptionis immaculate eiusdem Virginis Deiparae, per quod  
tot mala sopirentur, inter illustres religiones contentiones et similtates tollerentur, et cultus B.  
Virginis stabiliretur, nec cum opprobrio rei Christianae et haereticorum insultatione inter varias  
doctrinas perpetuo fluctuaret. Varij propositi sunt modi, quibus absq; ullo incommodo, absque  
ullo Sanctae Sedis detrimento, iustis p<sup>ri</sup> Regis votis satisfieri et perpetuis tot saeculorum ma-  
his possit obueneri, neq; tamen quidpiam huiusq; à V. S<sup>ne</sup> est concessum. Non potest de his non  
conqueri filiali cum reuerentia p<sup>ri</sup> Rex, et admirari in rebus adeo rationalibus non exau-  
diri; Petit ad auctoritatem rei Christianae interminatas questiones modo aliquo terminari,  
petit scandala sopiri, petit dubium et controuersum cultum Ecclesiae explicari. Sane à p<sup>ri</sup>  
mouj Pontificibus, ad unius Episcopi vel populi cuiusq; preces, absq; ullo negotio haec conce-  
debantur, et nullum in cultu Ecclesiae dubium eisdem obijciatur, quod ex tempore non cla-  
rè diluerent. fluctuant modo fideles in varijs, imo et contrarijs sensibus et opinionibus  
cultus diuini: petunt à V. S<sup>ne</sup> sibi dici, quid debeant celebrare, quidam ex manifestis  
Ecclesiae indicijs, et certis rationibus celebrant, et celebrari contendunt preservationem  
Virginis Mariae à peccato contrahendo, alij animose et dure contradicunt non hanc,  
sed Sanctificationem à peccato iam contracto celebrari dicentes; Sane hoc non est coli  
Deum in Spiritu et veritate, sed in contentione et dubietate. Hoc illud est quod E<sup>re</sup>  
retici quotidie nobis obijciunt, Vos nescitis quod adoratis, aut celebratis, dum aueriter  
contenditur utriusq; non hoc, sed illud celebrari; neq; V. S<sup>ne</sup> quem supremum arbitrum  
Deus in terris constituit, et certissimum controuersiarum iudicem posuit in his du-  
bijs, suum sensum adhuc voluit aperire.

At sunt qui suggerant non expedire ut V<sup>ra</sup> S<sup>ne</sup> suam sententiam inter hos conten-  
dentes aperiat, quicquid enim in hac re dixerit, definitio erit controuersiae, quam ad  
hibere absq; grauiori et ponderosiori examine non erit consultum. Mirum sane id à vi-  
ris doctis affirmari, quod multo exemplo, et certa ratione posset refutari; quot etenim emer-  
serunt dubia in multis quae celebrantur in officio diuino, quae Pontifices absq; definitio-  
ne declararunt! quot sunt hodie festa et rerum cultus in ritibus Ecclesasticis à Ponti-  
ficibus statuti et praecipiti, quae tamen ad fidem non pertinent, nec definita censentur.  
Longe enim aliud est dicere Pontificem, hoc illud est, quod ab Ecclesia in cultu diuino  
celebratur, atq; dicere hoc quod celebratur, definitum de fide. Diuersum valde est asserere  
in hoc sensu hoc mysterium colitur, ac asserere, hic sensus est infallibiliter certus. Vi-  
demus multa clarissime in orationibus et lectionibus à Pontificibus iussa, quae tamen nul-  
latenus sunt de fide, nec speciem ullam habent definitionis, imo ab historicis Ecclesijs  
et Sacrae Scripturae Interpretibus vocantur in dubium. Atq; in hoc ipso mysterio dum  
V<sup>ra</sup> S<sup>ne</sup> diceret aut iuberet Conceptionem coli immaculatam, quis auderet dicere iam defi-  
nisse Conceptionem esse immaculatam? Diuersa certe sunt haec, praecipere Pontificem celebrare



Conceptionem immaculatam, aliud vero declarare vel definire illam Conceptionem fuisse im-  
maculatam. In primo enim modo nihil aliud agit quam iubere vel dicere ut fideles colant  
Conceptionem Virginis sub illa probabilitate quam habet, quod fuerit immaculata, in se-  
cundo determinat ipsam controuersiam, ita ut amplius de veritate unius partis non  
possit dubitari. Longe itaq; aliud est significare Pontificem, se vel suos predecessores eius  
sisse celebrare Conceptionem immaculatam, aliud declarare ipsam fuisse immaculatam.

In re clarissima non licet amplius immorari, praesertim cum ita visum Vrae S<sup>tae</sup> ut hoc Regi  
Catholico denegetur, At iam ad aliud Rex descendit, petitq; a V. B<sup>ne</sup> quod nullam definitio-  
nis speciem habet. Illud est, ut restituatur officium Conceptionis a Sixto IV. concessum, in-  
dulgentijsq; multis et magnis commendatum. Certa fiducia sperat a V. B<sup>ne</sup> obtinere,  
quod ante centum et quadraginta annos spontanei omnibus fidelibus est oblatum, quod  
Spiritualibus praemijs uniuersis Christianis est, (ut ita loquamur) obtrusum, quod per  
uniuersas Ecclesias recitatum est, quod in Missalibus Romanis habetur impressum, quod  
Concilium Tridentinum confirmauit, dum Sixti extravagantes innouauit, cuius officij  
institutio, seu bulla institutionis eiusdem habetur, et publice circumfertur in corpore  
iuris titulo de reliq; et Vener. Sanct. in 6. Hoc officium recitatur in uniuerso ordine,  
seu in uniuersis Congregationibus Minorum Observantium, Conuentualium, Refor-  
matorum, Capucinorum, Tertij ordinis, et in uniuersa religione Monialium S. Clarae  
et Conceptionis, in ordine S. Augustini, in ordine Clericorum Minorum Regula-  
rium in hispania, atq; in alijs Congregationibus, atq; ipsa Vra S<sup>ta</sup> illud precepit  
recitari in nouo monasterio Monialium ordinis S. Dominici. Quid ergo magnum aut  
irrationabile fiet, si ad continuas preces tanti tamq; pij Regis optime de Ecclesia Catho-  
lica meriti extendatur ad ceteros fideles, quod tot illustres et amplissima recitant reli-  
giones. Vel quo iusto titulo Catholico Regi negabitur hoc tempore quod ante integrum  
saeculum alius Pontifex vtro omnibus proposuit? praesertim cum unum atq; alterum  
exemplum huius rei V. S<sup>tae</sup> habeat in officijs presentationis B. Virginis Mariae,  
S. Annae, et S. Joachimi, quae idem Pius V. e Breuiarijs sustulit, sed restituit duo  
priora Sixtus V. et tertium Gregorius XV.

¶ Dicunt foras verum esse a Sixto concessum, et a fidelibus recitatum, sed postea fuisse  
a Pio V. prohibitum. Haud sane hoc verum est, quod quidam passim inculcant, non enim  
illud officium prohibuit Pius tanquam malum aut falsum, sed cum nouum Breuiarium  
ad antiquorum normam, vel antiqua ad nouam formam reduxerit, voluit recitari offi-  
cium Natiuitatis in die Conceptionis, sicut ante Sixtum fiebat. Ipsum autem proprium  
officium Conceptionis nequaquam prohibuisse manifeste probatur ex eo quod ipse vix vo-  
cis orauit fratibus minoribus, et eiusdem instituti monialibus concesserit licentiam reci-  
tandi idem officium anno 1569. die 15. Maij, ut praeter alios testatur Vincentij Iudicij  
nariany Dominicany, et ex parte habetur in principio Calendarij festonum eorundem  
fratrum Minorum, ubi habentur haec verba: Ex concessione D. N. Pij V. Pont. Max.  
et ex prima rubrica seu primo notabili pro dictis festis rite celebrandis appposito cuius  
Eac

hac est admonitio: Cum etiam Summus Pontifex Pius V. nobis concesserit, ut hoc officium celebremus, sicuti antea celebrabamus, seruata tamen forma officij noui. Primum autem inter illa officia est hoc Conceptionis, de quo loquimur. 135  
258

Præterea cuius mens et animus satis constat ex prima rubrica Breuiarij ab eodem reformati, in qua fieri officium duplex et solemne iubetur, tam de illis Sanctis ac festis que in Breuiarij Calendario sub eisdem notulis habentur, et in eodem Breuiario peculiare habent officium, quam de eis que apud quasdam Ecclesias Religiones, vel Congregationes consueuerunt solemniter celebrari cum officijs proprijs à Sede Aplica approbatis, aut ex eiusdem Sedis auctoritate receptis vel recipiendis, seruata tamen forma huius Breuiarij. Hoc autem officium Conceptionis approbatum fuit ab Ecclesia Catholica, imo et largitione ne multarum indulgentiarum uniuersis fidelibus commendatum; qua de causa illud Patribus Minoribus absq[ue] ulla difficultate concessit. X

Confirmatur hoc idem ex eiusdem Pij bulla apposta in principio Breuiarij Romani, que inquit; Quod à nobis postulat. Vbi postquam omnia aliorum Breuiariorum officia præter contenta in Breuiario Romano prohibet, addit, illis tamen exceptis, (et hæc uerbis reget Sanctus Pontifex) que ab ipsa prima institutione à Sede Aplica approbata condiderit. Quare cum hoc officium ex prima sui institutione fuerit à Romana Sede approbatum, indulgentijs etiam superadditis, tot annis in uniuersali Ecclesia recitatum, et solemniter decantatum, additis etiam in multis Ecclesijs et religionibus solemnitatis diebus octauis, nullatenus dici potest aliquando à Pio fuisse damnatum aut prohibatum, sed solum ad commodiorem Ecclesiasticorum usum tunc omissum, et ad antiquum breuiariorum ritum reductum fuisse. Etsi adhuc fuerit qui in contraria assertionem perstiterit, videat quomodo manifestissimum illud effugiat inconueniens, nimium, Pontifices Summos in proponendis dogmatibus et ritibus uniuersa Ecclesia, sibi inuicem aduersari, et quod unus ait alter neget, quod unus cum largitione indulgentiarum omnibus offert, alter prohibeat. Nequaquam certe hæc affirmari possunt, absq[ue] graui Apostolica Sedis offensione, que uti S. Paulus docet, non fertur hac leuitate, ut dicat est, et non est, a. Cr. i.

Sed non deerit fortassis qui dicat et suggerat V. St. etiam hoc modo definiti controuersiam et concessionem officij esse definitionem controuersia, ut hoc modo retardet V. St. ab exaudiendis Regis Catholici precibus. Huius tamen suggestioni manifestissimis occurri potest rationibus, et refutari clavis instantijs seu exemplis. Hi non petitur nouum officium institui, sed antiquum restitui, non petitur ut uera St. quod quispiam prædecessorum suorum non fecit efficiat, sed concedat quod sui prædecessores uero obtulerunt. Antè centum et quadraginta annos illud Sixtus IV. instituit, à Sede Aplica emanauit, sequentes Pontifices approbarunt, Concilium Tridentinum confirmauit, quid ergo nouum aut irrationabile, aut quod ad definitionem vel à longe auedat fieri dicit à V. St. si hoc ipsum quod alij concesserunt et fecerunt, efficiat?

Secundo uel hoc uno dilemmate aperte refellitur huiusmodi suggestio. Sixtus IV. X

dum hoc officium instituit, et uniuersali proposuit Ecclesia, vel definiuit controversiam, vel non definiuit? Si definiuit iam de ea actum est, nec est cur ultra progrediamur, aut quidquam à V. S.<sup>te</sup> petatur, si non definiuit neq. V. S.<sup>te</sup> definit faciendo id ipsum quod ille perfecit.

Tertio per concessionem huius officij tantum abest, ut controversia definiatur, ut potius definitum sit contrarium. Sicut enim officium hoc concessit anno 1476. B. Cal. Martij ut habetur in extrauag. Cum græca uel, et tamen in alia extrauag. Græue nimis data ann. 1483. pridie Non. Septembrij expressè ait: Cum nondum sit ab Ecclesia hoc mysterium definitum. Apertè ergo definiuit vel declarauit per officij huius institutionem vel Concessionem nihil circa mysterium aut mysterij controversiam definiui.

Quarto adeo manifestum hoc est ut Immaculate Conceptionis defensores quantumuis acerrimè suam opinionem promouere et contra aduersarios stabilire desiderauerint, nunquam tamen ex eo quod Sicutus IV. d. officium instituerit et concesserit, dixerunt, aut per consequentias ullas directas aut indirectas intulerunt controversiam esse definitam, uti videre est in illorum libris qui post Sicutum IV. scripserunt, quod quidem non tacebant, si ullum esset fundamentum ita asserendi.

Quinto desumantur exempla ab alijs festiuitatibus, Presentatio B. Virginij M.<sup>a</sup> Joannis Apostoli in olei dolium immissio, inuentio S. Stephani, apparitio S. Michaelis in Monte Sargano, et alia his similia celebrantur in claro et expreso sensu atq. in ipsius festorum lectionibus manifesto, et tamen nullus audebit dicere definitum esse de fide, directè vel indirectè Virginem in templo fuisse presentatam, Joannem ad portam Latinam ita immissum fuisse in dolium, Corpus S. Stephani illud esse, quod inuentum est, neq. Archangelum in illo monte apparuisse. Nituntur enim hæc unius vel alterius historici testimonio, quod ea probabilia reddat, non tamen infallibilia, qualia tamen sunt, que quoque modo sunt de fide definita.

Denum iam nunc in officio Conceptionis quod ab omnibus recitatur Conceptio Virginitatis dicitur Sancta, dum recitatur in octauo responsorio. Quicumq. celebrant tuam Sanctam Conceptionem. Neq. tamen quisquam audeat dicere definitum esse, fuisse Sanctam et absq. peccato Conceptionem. Itaq. si ex eo quod dicitur Conceptio Virginis Sancta in officio quod hodie per uniuersam recitatur Ecclesiam, nemo audeat dicere esse definitum quod sit Sancta; Similiter ex eo quod proponatur omnibus hoc aliud officium, nullus poterit dicere, quod directè vel indirectè definiatur, quod fuerit B. Virgo ab originali labe præseruata.

Cum itaq. hæc adeo manifesta sint, orat instanter Rex Catholicus, ut V. S.<sup>te</sup> restituere dignetur antiquum Conceptionis officium, à Sicut. IV. institutum, et semel et iterum iam reformatum ac reuifum ex ordine Sedis Ap. illudq. in Breuiario Romano apponi



iubeat, et ab omnibus recitari. Sed addat ad omnia scandala tollenda, ut dum hoc mys-  
terium non definitur, precipiatur uniuersis, ut a contraria sententia assertionem ab-  
stineant, tum ob reuerentiam Sedis apostolicæ, contrariam et præiam sententiam celebrantis  
tum ut nulla in posterum detur fidelibus scandalorum occasio.

136

241



221  
111

... de ...  
...  
...



Reg. Cathol.

Sanctissimo Dno Romo  
Albano Vni

137  
252

Pa

Rege Catholico.

121  
111  
Sanctissimo Dño Nostro


Urbano Viiij

Pro

Rege Catholico.

Cuenta 318 folios útiles foliados  
20 Em.º 1905

319 fol. + fol. 251 à 258 rep. + 317 bis + 27 huj. en bl.  
faltan los fol. 278 y 279 (resto compl.)  
15 - Mayo - 1912




Handwritten text in red ink, possibly a date or reference number, located at the top of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include the year "1902".

Faint, illegible handwritten text in blue or grey ink, located in the middle section of the page. The text is mostly obscured by a horizontal crease or tear in the paper.

A faint purple circular stamp or seal, partially visible on the left side of the page. The text within the stamp is illegible.







CAJA -2  
65